



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6 Vtrum homo ex necessitate eligat, vel libere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

possibile præceperit, tentandum est, ergo electio potest esse impossibile.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethic. \* quod electio non est impossibile.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est \*, electiones nostre referuntur temp ad nostras actiones: ea autem quæ per nos aguntur, sunt nobis possibilis, unde necesse est dicere, quod electio non sit nisi possibilium. Similiter etiam ratio eligendi aliqd est, ut ex hoc possumus cõsequi finem, uel ex hoc, quod dicitur ad finem. Per id autem quod est impossibile, nõ potest aliquis consequi finem: cuius signum est, quia cum in consiliando perueniunt hoies ad id, quod eis impossibile, discedunt quasi non ualentes ulterius procedere. Apparet et hoc manifeste ex processu rationis precedente: scilicet, si hõ id quod est ad finem, de quo electio est ad finem, sicut cõclusio ad principium. Manifestum est autem, quod cõclusio impossibilis nõ sequitur ex principio possibili: unde non potest esse, quod finis sit possibilis, nisi id quod est ad finem, fuerit possibile. Ad id autem quod est impossibile, nullus mouetur, unde nullus tederet in finem, nisi per hoc quod apparet id, quod est ad finem, esse possibile. Vñ id quod est impossibile, sub electione non cadit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uoluntas media est inter intellectum, & exteriorem operationem, nam intellectus proponit uoluntati suõ obiectum, & ipsa uoluntas causat exteriorem actionem. Sicigitur principium motus uoluntatis consideratur ex parte intellectus, qui apprehendit aliquid ut bonum in uniuersali: sed terminatio, seu perfectio actus uoluntatis attenditur secundum ordinem ad operationem, per quam aliquis tendit ad consecutionem rei: nam motus uoluntatis est ab anima ad rem, & ideo perfectio actus uoluntatis attenditur secundum hoc, quod est aliquid bonum alicui ad agendum. Hoc autem est possibile: & ideo uoluntas completa non est, nisi de possibili, quod est bonum uolenti: sed uoluntas incompleta est de impossibili, que scdm quosdam uelleitas dicitur: quia, si aliquis uellet illud, si esset possibile. Electio autem nominata actum uoluntatis iam determinatum ad id, quod est huic agendum: & ideo nullo modo est nisi possibilium.

AD SECUNDUM dicendum, quod cum obiectum uoluntatis sit bonum apprehensum: hoc modo iudicandum est de obiecto uoluntatis, secundum quod cadit sub apprehensione. Et ideo sicut quandoque uoluntas est alicuius quod apprehenditur ut bonum, & tamen non est uere bonum: ita quandoque est electio eius quod apprehenditur ut possibile eligenti, quod tamen non est ei possibile.

AD TERTIUM dicendum, quod hoc ideo dicitur, quia, an aliquid sit possibile, subditus non dõr suo iudicio diffinire: sed in unoquoque, iudicio superioris stare.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est, \* electio con sequitur iudicium rationis de agendis: sed rõ ex necessitate iudicat de aliquib. propter necessitatẽ præmissarum, ergo ut quod electio ex necessitate sequatur.

¶ 3 Præt. Si aliqua duo sunt penitus æqualia, nõ magis mouetur hõ ad unum, quã ad aliud, sicut famelicus si habet cibum æqualiter appetibilem in diuersis partibus, & secundum æqualem distantiam, nõ magis mouetur ad unum, quã ad alterum, ut Plato dixit, \* affignans rationem quietis terrarum in medio, sicut dõr in 3. de celo. ¶ Sed multo minus potest eligi quod accipitur ut minus, quã quod accipitur ut æquale: ergo si proponantur duo, uel tria, uel plura, inter quoniam maius appareat, impossibile est aliquid aliorum eligere. ergo ex necessitate eligitur illud, quod eminentius apparet: sed omnis electio est de omni eo quod uidetur aliquo modo melius. ergo omnis electio est ex necessitate.

SED CONTRA est, quod electio est actus potentie rationalis, quæ se habet ad opposita secundum Philosophum. ¶

RESPON. Dicendum, quod homo non ex necessitate eligit: & hoc ideo, quia quod possibile est nõ esse, nõ necesse est esse. Quod autem possibile sit non eligere, uel eligere, huius rõ ex duplici hominis potestate accipi potest. Potest enim homo uelle & non uelle, agere & non agere: potest etiam uelle hoc, aut illud, cuius ratio ex ipsa uirtute rationis accipitur: Quicquid enim ratio potest apprehendere ut bonum, in hoc uoluntas tendere potest. Potest autem rõ apprehendere ut bonum non solum hoc, quod est uelle, aut agere: sed hoc etiam quod est nõ uelle, & non agere. Et rursum in omnibus particularibus bonis potest considerare rationem boni alicuius, & defectum alicuius boni, quod habet rationem mali: & secundum hoc potest unumquodque huiusmodi bonorum apprehendere, ut eligibile, uel fugibile. Solum autem perfectum bonum, quod est beatitudo, non potest rõ apprehendere sub rone mali, aut alicuius defectus: & ideo ex necessitate beatitudinem homo uult, nec potest uelle non esse beatus, aut miser. Electio autem cum non sit de fine, sed de his quæ sunt ad finem, ut iam dictum est \*, non est perfecti boni quod est beatitudo, sed aliorum particularium bonorum: & ideo homo non ex necessitate, sed libere eligit.

¶

¶

dens ex hoc differens. ar. i. huius q. tiam manifestare inter actum simplicem uoluntatis, & electionis. Simplex nanque actus uoluntatis, scilicet uolito, seu uoluntas, de quo supra tractatum est, nõ est uniuersaliter liber quod ad specificationem actus; quoniam ad aliquod obiectum necessario terminatur, ita quod non potest ad oppositum terminari, ut patet ex his prædictis. Electio autem, & quod ad exercitium actus, & quod ad specificationem semper est libera, ut hic dicitur.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli sexti habes, quod nõ quicunque uult præmissas, seu antecedens, uult conclusionem, seu consequens in seipso, uel quia non semper consequens est necessarium ad ueritatem, seu uoluntatem antecedentis: uel quia dato, quod sic sit secundum rem, non tamen hoc actualiter apparet, & indicatur. Differens enim nihil, esse uel apparere, quod ad appetitum: in sua autem causa quicunque uult antecedens, uult consequens simpliciter, uel ut in pluribus.

¶ In responsione ad tertium aduerte diligenter, quod responso formaliter satisfa cit prima radici arguuntur de æqualibus: & insinuat satis factionem omnibus tactis in argumento. Incendit enim quod duobus æqualibus propositis secundum aliquam conditionem, uoluntas non arctetur ad neutralitatem, sed potest ad considerandam aliquam eminentiam in altero mouere se, & inuenta uel apposita eligere alterum. Eadem ratione, proposito uoluntati aliquo eligibili eminentiori alius, non necessitatur uoluntas ad eligendum illud: quia potest mouere ad considerandam in altero aliquid aliud quo præter, & sic illud eligere. Ethac intellige, supposito quod uoluntas uelit eligere; simpliciter namque, & absolute

Hoc habet in 2. de celo Text. 77. & 90. ex sententia Anaximad.

Li. 9. Meta-ph. 103. 3. to mo 3.

Ar. 3. huius q.

Prima Secunda S. Thomæ.

B te

Ca. 2. parum ante med. Art. 4.

D. 394.

eri. q. 2. r. 13. ad 11. t. 3. Ethic. c. 3. si. ar. ca. 2. part. ante med. t. 4. huius q.

Super quest. decima tertia articulo sextum.

ARTICVLVS VI.

Utrum homo ex necessitate eligat, uel libere.

AD SEXTVM sic proceditur. Vñ quod homo ex necessitate eligat. Sic. n. se habet finis ad eligibilia, ut principia ad ea, quæ ex principiis consequuntur, ut patet in 7. Ethic. \* sed ex principiis ex necessitate deducuntur conclusiones. ergo ex fine de necessitate mouetur aliquis ad eligendum.

i. q. 105. art. 4. cõ. 2. l. 2. cõ. 2. q. 105. ar. 1. cõ. 1. ar. 6. & q. 104. ar. 1. l. 2. m. q. 6. 1. Peribet. Iocis. h. l. 7. Ethic. c. 3. ad specificationem, tribuit electioni, ut patet in litera, inten-

te uoluntas a toto ge-  
nere eligibilium libe-  
ra est, ad nullumque  
necessario inclināt:  
sed sicut auctor pri-  
mis duobus argumē-  
tis libertatem eligen-  
di quōd ad exercitium  
actus impugnavit, ita  
hoc tertio argumen-  
to libertatem quōd ad  
specificationē actus,  
impugnavit, & prop-  
terea ex parte obie-  
cti eligibilis solutio-  
nem formaliter de-  
dit, ut sui moris est.

¶ Super quest. decima-  
quarta articulo pri-  
mo.

IN q. 14. nihil occur-  
rit scribendum ut  
que ad 5. ar. nisi red-  
dere attentos lecto-  
res, ut in primo arti-  
culo meminerint, qd  
consilium significat  
inquisitionem com-  
pletam, id est, usq. ad  
iudicium inclusive.  
Non enim ipsa in-  
quisitio absq. iudicio, cō-  
siliū est, nisi in choa-  
tue, ut manifeste pa-  
ret ex respōsione ad  
secundum & tertiu,  
& ex usu loquendi.

¶ Super

AD PRIMVM ergo dicendum, A  
qd non semper ex principiis ex ne-  
cessitate pcedit cōclusio, sed tūc  
solum, qn principia non pnt esse  
vera si conclusio nō sit uera. Et si-  
militer non oportet qd semper ex  
fine in sit homini necessitas ad eli-  
gendum ea, q sunt ad finem. qa  
non omne quod est ad finem, ta-  
le est, q sine eo finis haberi non  
possit: aut si tale sit, non semper  
sub tali ratione consideratur.

AD SECUNDVM dicendum, q B  
sententia, siue iudicium rōnis de  
rebus agendis est circa contingē-  
tia, que a nobis fieri possunt, in q-  
bus conclusiones non ex necessi-  
tate sequuntur ex principiis neces-  
sariis, absoluta necessitate: sed ne-  
cessariis solum ex conditione: ut,  
si currit, mouetur.

AD TERTIVM dicendū, q  
nihil phibet, si aliqua duo aqua-  
lia proponantur s̄m unam confi-  
derationem, quin circa alterum  
cōsideretur aliqua condō, p quā  
emineat, & magis flectatur volun-  
tas in ipsum, quam in aliud.

QVAESTIO XIII.

De consilio, quod electionem pcedit,  
in sex articulos diuisa.



INDE considerandum est de consilio.

ET CIRCA hoc quærentur sex.

- ¶ Primo, Vtrum consilium sit inquisitio.
- ¶ Secundo, Vtrum consilium sit de fine, uel solum de his quæ sunt a d finem.
- ¶ Tertio, Vtrum consilium sit solum de his, quæ a nobis aguntur.
- ¶ Quarto, Vtrum consilium sit de omnibus, quæ a nobis aguntur.
- ¶ Quinto, Vtrum consilium procedat ordine resolutorio.
- ¶ Sexto, Vtrum consilium procedat in infinitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum consilium sit inquisitio.

2. 2. q. 49. ar. 5. cor. Et 3. d. 35. q. 2. q. 1. cor. Lib. 2. Orth. fidei, c. 22.

p. p. q. 14. ar. sic. 7.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur, quod consilium non sit inquisitio. Dicit enim \*Dama. qd consilium est appetitus: sed ad appetitum non p-  
finit inquirere. ergo consilium non est inquisitio.

¶ 2 Præter. Inquirere, intellectus discurrētis est, & sic Deo non cōuenit, cuius cognitio non est discurrētis, ut in primo\* habitum est: sed consilium Deo attribuitur. dicitur. n. ad Ephes. 1. quōd operatur omnia secundum consilium uoluntatis suæ. ergo consilium non est inquisitio.

¶ 3 Præter. Inquisitio est de rebus dubiis, sed consilium datur de his que sunt circa bona certa, secundum illud Apōsto. 1. ad Corinth. 7. De uirginib. aut præceptum Domini non habeo, consilium autem do. ergo consilium non est inquisitio.

SED CONTRA est, quod \*Greg. Nyssen. dicit: Omne quidem consilium, quæstio est: non autē omnis quæstio, consilium.

RESPONDEO. Dicendum, qd electio, sicut\* dictum est, consequitur iudicium rōnis de rebus agendis: in reb. autem agendis multa incertitudo inuenitur, qa actiones sunt circa singularia contingētia, que pp sui uariabilitatem incerta sunt. In reb. autem dubiis & incertis rō non profert iudicium absq. inquisitione præcedente: & ideo necessaria est inquisitio rōnis ante iudicium de eligendis: & hæc inquisitio consilii uocatur: pp quod Philosophus dicit in 3. \*Erich. quōd electio est appetitus præconsiliati.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd qn actus duarū potentiarum adiuuicem ordinantur, in utroque est aliquid, quōd est alterius potentia, & iō uterque actus, ab utraque potentia dominari potest. Manifestum est autem, qd actus rōnis dirigētis in his quæ sunt ad finem, & actus uoluntatis, secū dum regimē rōnis in ea tendentis, ad seiuicem ordinantur: unde & in actu uoluntatis, quæ est electio, apparet aliquid rōnis. s. ordo, & in consilio quōd est actus rōnis, apparet aliquid uoluntatis, sicut materia, quia consilium est de his, quæ homo uult facere, & est sicut motiuum. quia ex hoc qd homo uult finem, mouetur ad consiliandum de his quæ sunt ad finē: & ideo Philosophus dicit in 6. \*Ethi. quōd electio est intellectus appetitiuus, ut ad electionem utrunque concurrere ostendat: ita \*Dama. dicit, qd consilium est appetitus inquisitiuus, ut consilium aliquo modo pertinere ostendat & ad uoluntatem, circa quam & ex qua sit inquisitio, & ad rationem inquirentem.

AD SECUNDVM Dicendū, qd ea quæ dicuntur de Deo, accipienda sunt absque omni defectu, qui inuenitur in nobis: sicut in nobis scientia est conclusio-  
num per discursum a causis in effectus. Sed scientia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu, & similiter consilium attribuitur Deo, quātum ad certitudinem sententiæ uel iudicii, quæ in nobis prouenit ex inquisitione consilii: sed huiusmodi inquisitio in Deo locum non habet: & ideo consilium s̄m hoc, Deo non attribuit, & s̄m hoc \*Dama. dicit, qd Deus nō consiliatur. Ignorantis enim est consiliari.

AD TERTIVM Dicendum, quōd nihil phibet aliqua esse certissima bona, s̄m sententiā sapientum & spiritalium uirorum, que tamen non sunt certa bona, secundum sententiam plurium, uel carnalium hominum, & iō de talibus consilia dantur.

ARTICVLVS II.

Vtrum consilium sit de fine, uel solum de his, quæ sunt ad finem.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod consilium non solum sit de his que sunt ad finem, sed etiam de fine. Quæcunque enim dubitationem hnt, de his potest inquiri: sed circa operabilia humana contingit esse dubitationem de fine, & nō solum de his que sunt ad finem. Cū igitur inquisitio circa operabilia sit consilium, uidetur quōd consilium possit esse de fine.

¶ 2 Præter. Materia consilii sunt operationes humane: sed quædam operationes humane sunt fines, ut dī in primo\* Ethic. ergo cōsiliū potest esse de fine.

SED CONTRA est, quod \*Gregor. Nyssen. dicit, quōd non de fine, sed de his quæ sunt ad finem, est consilium.

RESPON. Dicendū, qd finis in opabilibus hnt rōnē principii, eo qd rationes eorum, que sunt ad finem, ex

Li. 5. ca. 1. q. 1.

Cap. 3. d. 1. f. 1.

Cap. 1. d. 1. f. 1. d. 1. f. 1. d. 1. f. 1.

Li. 2. Orth. fidei, c. 22.

2. 2. q. 1. ar. 1. ad 2. Et 3. d. 35. q. 2. q. 1. cor. Lib. 2. Orth. fidei, c. 22.

In prim. Li. 5. cap. 1. m. d. 1.